

kal komp




15149

III Mag. St. Dr. P

11644 Przewo

ca 1450

Wysoka Prywilejowa dworadzajacych mieszczanom Krakow skien  
portadni dobre aienskie



K.

*MIASTO KRAKOW na fundamentie Praw  
ktore tu niżej Specyfikuje, Konstytucyami approbowa-  
nych czyli Jego Obywatele Dobra Ziemske pacifice  
dziedziczyli zawsze, bo ma Przywilej.*

15749 M  
1mo. *S*erenissimi LUDOVICI Regis de data Budæ Die 12. Se-  
ptembris Annò 1379. iž Bona Terrestria Cives Cracovienses  
pro eorum illibata fide infra duorum milliarium spatium idest  
Villas Hæreditates Possessiones undique libere coemere &  
possidere possint.

2do. *E*x Privilegio Serenissimi VLADISLAI de data feriâ secunda  
infra Octavas Assumptionis Beatissimæ Mariæ Virginis Annò  
1399. Bona eadem Terrestria Cives Cracovienses non jam ad  
duo tantummodo Milliaria, vigore Privilegii LUDOVICI Re-  
gis quod in toto confirmat Serenissimus VLADISLAUS Rex, ve-  
rum ubivis locorum Dominis Consulibus Cracoviensibus &  
eorum Civibus licet Villas & Hæreditates quascunque coe-  
mere, tenere & possidere, more & Jure quibus cæteri Nobi-  
les Villas Suas & Hæreditates possident ac habere gaude-  
reque noscuntur.

3tio. *D*ecretum in Conventu Generali Regni inter Nuntios Ter-  
restres & Cives Cracovienses ex Partium Controversiis satum  
Serenissimi SIGISMUNDI Regis Primi de data Cracoviæ fe-  
riâ secunda post Festum Sanctissimæ Trinitatis Annò 1543.  
quod iidem Consules & Cives Cracovienses ubivis locorum  
Jure Nobilium coemere possunt Bona Terrestria & quod ra-  
tione eorundem Bonorum per Cives possessorum circa Jura  
& Privilegia sunt conservati.

4to. *D*ecretum Serenissimi VLADISLAI Quarti de data Varsoviæ in  
Conventu Generali inter Instigatorem Regni ex delatione  
Generosorum Exactorum Contributionum Palatinatus Craco-  
viensis & Nobilem Hyacinthum Pipan Civem Cracoviensem  
ex solenni Controversia Partium feriâ quintâ ipsa Vigilia  
Festi Sancti Andreæ Apostoli Annò 1635. quod Bona eadem



Terrestria Consules iidem ac Cives Cracovienses, vigore eorundem Jurium supra allegatorum emere & possidere possunt.

5to. Est etiam Decretum Serenissimi JOANNIS <sup>Casimiri</sup> ~~Quintus~~ Regis ex solenni Partium Controversia inter Generosum Instigatorem Regni ejusque Delatorem Paulum Wisłowski Contributionum Palatinatus Cracoviensis Exactorem, atque Famatum Joannem Mulinowicz Braxatorem & Civem Cracoviensem, Villæ Wieclawice seu Wola Wieclawska Hæredem Citatum, latum de data Varsoviæ in Comitiiis Regni General: Feria Sexta post Festum Sanctæ Luciæ Virginis Annò 1650.

*Wspieraia to i Konstytucye utwierdzaiące w generalności Miasta Krakowa Przywileie, a w szczególności Konstytucye Roku 1611. Vol: 3. fol: 14. tit: Miasta, 1615. Vol: 3. fol: 171. tit: Potwierdzenie Przywileiow, item fol: 26. tit: Miast Koronnych, 1621. Vol: 3. fol: 420. §. Mieszczenie, 1550. Vol: 2. fol: 596. tit: Mieszczenie, 1768. tit: Warunek Miast, i kilkakrotne w tych materyach, nawet świeże Dekreta Trybunalskie zapadłe.*



Biblioteka Jagiellońska



str0026927

